



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Prima Duo Sæcula Complectens

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 13322648**

§. 1. Martyrium S. Simeonis Jerosolymitani.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)



# HISTORIA ECCLESIASTICA.

## LIBER III.



S. XISTUS, PAPA.  
TRAJANUS, IMPERATOR.

§. I.

*Martyrium S. Simeonis Jerosoly-  
mitani.*

Inter eos, qui sub Trajani Imperio pro-  
pter fidem passi sunt, in persecutioni-  
bus particularibus, eminent Simeon,  
Episcopus Jerosolymitanus; erat is filius  
Cleophae, & Mariae, Jesu Christi Patru-  
elis, in hac sede S. Apostoli Jacobi succes-  
sor; tunc temporis centum viginti anno-  
rum vir, cum Consulari Attico Syriae Præ-  
sidi sisteretur. Hunc virum quidam hæ-  
retici.

Sæculum I.  
A. C. 98.

*Heges. apud  
Eus. III.  
hist. c. 32.  
Valer. ibid.*

*Hist. Eccles. Tom. I.*

Bb

retici.

Sæculum I,  
A. C. 98.

retici, secta Judæis, quam Christianis propiores, tanquam Christianum, & de stemmate David oriundum detulerunt; nam Imperatoribus maximopere curæ fuerat, hanc familiam stirpitis evellere, ne Judæis rebellionis prætextus superesset. Attamen ipsi Simeonis accusatores ex hac familia descendere convicti sunt. Ipse vero multis diebus, omnibus quidem, sed maxime ipso Consulari stupente, qui tantum robur, & patientiam in grandævæ ætatis Sene satis mirari non poterat, tormentis excruciat, & tandem affixus cruci immortalis est, postquam Jerosolymæ Ecclesiam ultra quadragintas annos re-

*Hegef. apud* xisset. In hac dignitate ipsi suffectus est  
*Euf. IV. hist.* Justus, nativitate Judæus, nam plurimi  
*c. 22.* ex circumcissione fidem receperant. Quidam nomine Thebutis, qui hujus sedis honorem ambiebat, spe sua dejectus, atque invidia ardens, novæ sectæ auctorem se præbuit; sed & præter ipsum multi alii ex Christianorum judaizantium numero novos errores procudebant; postquam enim nullus amplius primorum Discipulorum, qui Jesum Christum suis oculis viderant, & Doctrinam ejus auribus suis audiverant, in terris superfuit, hæreses, quæ hæctenus in tenebris delituerant, caput efferre, & impudentius prodire ausæ sunt.

§. II.